

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Partitionum oratoriarum Ioannis Sturmii - Cod. Rastatt 40**

**Sturm, Johannes**

**[S.l.], Octobrib. Anno 1588**

[urn:nbn:de:bsz:31-300511](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300511)



~~Durch 123~~  
Rastatt 40





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

150

# PARTITIONVM

ORATORIARVM IO

ANNIS STVRMII

DIALOGVS . I .

# DE INSCRIPTIONE LI

BRI ET DE METHODO.

## CAPVT . I .

**Q**uare partitiones oratoria huius Dialogi  
inscribuntur.

Cap: 1.

# PARTITIONES IN

*scribuntur propter methodum partitoriam, quam auctor  
in his explicitis praeceptis sequitur. Et oratoriae*



partitiones; quoniam præcepta traduntur de arte orato-  
ria, sine facultate dicendi.

Quid est Methodus?

Methodus, ù Sabnarua, est rùia et ratio quæ in  
tradendis artibz. atq; disciplinis solet adhiberi.

Quotuplex est talis Methodus?

Triplex præcipue: Syndechni, Anadyluni, et Dia-  
cteni.

Quæ dicitur methodus Syndechni?

Syndechni, Latine compositoria potest appellari,  
est, quæ à minimis et simplicissimis partibz principio  
facto, ad totius institutionem progreditur: Et hæc  
methodus servatur in arte Grammatica, in qua  
principium fit à litteris, inde progressio ad syllabas,  
ad dictiones, ad orationem.

Quæ Anadyluni?

Anadyluni, s. resolutoria methodus est, cum contrario  
ordine à toto descendit ad simplicissimas partes: Et  
in indicatione Dialectica, Syllogismus resolvitur  
in partes maiores: id est; Propositiones: et hæc rù-  
sum in minores sive terminos resolvuntur.

Qua Diapetema?

Diapetema, id est, partitoria dicitur: cum a definitione incipimus, et singulas partes in ea comprehensas, dividendo partiendoque, consideramus ordine, donec ad finem artis perveniatur. Atque hac docendi ratio, quia fuit a Cicerone observata, in his scriptis de arte dicendi, opus hoc partitionum nomine solet appellari.

Capitulum secundum.

De definitione Rhetorices, de partibus eius, et primum de vi oratoris.

Quo igitur nomine dicendi ratio solet appellari?

Putoemum a Grecis nominatur; a Latinis et Cicerone vocatur ars, vel ratio vel doctrina dicendi: Itemque facultas vel vis oratoria.

Quid est Rhetorica?

Est doctrina dicendi, secundum Ciceronem vel est bene dicendi scientia: et ut Aristoteles definit.

Putoemum est Syracusanus exasor et Iseuba

Cap: 2

Definitio  
Rhetorices.

Ἰσὶς ἐνδελοκουρον πιδασωρ. ἰδ ἐστ. Rhetorica est facultas, quid in unoquoque facere possit, ad persuadendum.

Quot in partes distributa est Rhetorica?

Græcia

In tres: in nomen oratoris, in orationem et quaestio-  
nem. Atque in his partibus occupatur omnis præceptio  
artis dicendi; quemadmodum etiam in alijs artibus, ut  
consideretur solum; primum ipse artifex, quodque ad  
ipsius officium pertinet: deinde opus, quod ipsi facien-  
dum est: et tertio materia, in qua is occupatur.

Quid dicitur nomen oratoris?

vis oratoris

ἰδ, quod a Græcis vocatur ἡ δὴρακυβ, ἢ ἰσὶς ἐλορ  
ἢ ἰσὶς ὀρατωρῶν: hoc est. Facultas vel officium ora-  
toris. In quo observandum est; primum, quis  
sit orator: deinde, quam materiam tractet: tum,  
quod sit eius officium; et postremo, quibus in rebus illud  
sit positum.

Quis est igitur orator?

describitur  
oratori.

Vir bonus, dicendi peritus: et ut Græci eum descri-  
bunt: ὁ ἐν τῷ ἀρετῇ ἐστὶν ἐνδρακυβ, ἢ ἰσὶς ὀρατωρῶν  
ἐστὶν.

Quam materiam tractat orator?

Materiam ille communem habet cum Dialectico; res  
 videlicet omnes quæ ad dicendum proponuntur.

Ma quam tractat  
 or.

Quod est officium oratoris?

Dicere accommodatè ad persuadendum: et finis; dicen-  
 do persuadere. Tamen si finem illum non semper asse-  
 quatur: quemadmodum nec Medicus suæ artis finem  
 semper attingit: tamen si dixerit accommodatè, officio  
 suo satisfecit videri debet.

Officiū et  
 finis oratoris.

Quot iam in partibus versatur illud

officiū?

In his quinque. Inventionem, collocationem, elocutionem,  
 actionem, et memoriam.

In 5 partibus  
 versatur officium  
 oratoris.

Quid est Inuentio?

Inuentio, nō evendit est rerum verarum et verisimilium Inuentio qd?  
 nō excogitatio, quæ causam probabilem reddant. Sunt  
 enim argumenta quibus utitur orator, alia alijs firmiora  
 et veritati magis consentanea.

Quid collocatio?

Collocatio nō latè est ordo et distributio rerum,  
 quæ deorsus tract, quid quilibet, locus sit collocandum.

Collocatio qd?

Elocutio 9<sup>o</sup>.

Quid Elocutio?

Elocutio, n̄ dicitur, n̄ collocatio est idoneorum uerborum  
et sententiarum, ad inuentionem accommodatio.

Actio 9<sup>o</sup>.

Quid actio?

Actio, n̄ inuocatio, est uocis, uultus, et gestus moderata  
cum ueritate.

Memoria 9<sup>o</sup>.

Quid memoria?

Memoria, n̄ uerbum, est firma animi rerum et uerborum,  
dispositionis perceptio. s.

Quomodo hae quinque partes sunt  
distinctae?

Distinctio hae  
5 partium.

Distinctae sunt secundum materiam duplicem: res scilicet,  
aliqua uerba. Nam Inuentio et Collocatio occupantur in rebus;  
Actio est, Argumentis: Elocutio et pronuntiatio in uerbis.  
Memoria denique communis est, et ceterorum omnium  
quasi custos et thesaurus.

De oratione, de partibus orationis et cuiusque  
partis fine proprio.

Capitulum tertium.

Capitulum 3.

Secunda pars  
Rhetorices  
de oratione et  
9<sup>o</sup>.

Quanam est altera pars Rhetorices?  
Oratio, quae a Graecis ad uos appellatur.

Quid est oratio oratoria?

Est elegans et copiosum dictionis genus, ad usum forensem, et alias vite humanae utilitates accommodatum. Oratio qd.

Quot sunt partes orationis oratoriae?

Quatuor: Exordium, Narratio, Confirmatio, et Peroratio. Partes orationis oratoriae.  
 Quia enim plures partes, quae à caeteris auctoribus considerantur, sub istis quatuor comprehendi possunt. ut. Retinatio sub confirmatione; Propositio et Inversio sub confirmationis principio; Amplificatio, et sub caeteris omnibus et maxime sub peroratione.

Quid est exordium?

Exordium loquutionis, est principium orationis, per quod animus auditorum aut iudicis constituitur, et apparatus ad audiendum. Exordium qd.

Quid Narratio?

Narratio, dicitur, est rerum gestarum, aut penitus ut gestarum, expositio. Sunt enim Narrationes aliae Historicae, aliae fabulosa. Narratio qd.

Quid confirmatio?

Confirmatio qd.



Capitū quārtūm .f.

Quāntam est tertia pars Rhetorices.

Tertia pars est quæstio, quæ à Græcis *ἑρώτις* nominatur ab alijs *negotium* dicitur.

cap tertia p te  
negotium s. h  
e g s h i

Quid est quæstio?

Est capitū totius disceptationis, ad quod omnes argu-  
mentationes referuntur.

Estio .f. d.

Quot sunt genera quæstionum?

**D**ico: Unū finitū, quod à Cicerone *causa*, uel *confro-*  
*uersa* nominatur, à Græcis *ἑρώτις*: alterū *infini-*  
*titū* quod nominatur *propositū*, uel *consultatio*; à Græ-  
*cis* *ἑρώτις* dicitur: sed utrumq; genus iterū *duplex*  
est: aut enim *simplex* et *solitariū*, aut *coniunctū*  
sive *compositū*.

in ratio .

Quæ dicitur finita quæstio?

Quæ complexū et notationem circumstantiarū habet,  
sunt autem circumstantiæ, quæ personas aut res probati-  
liter circumstant, ut in loco adiuutorū considerari  
sunt. Exempli gratia: An Cælius uenentū parant Clodia:  
An Archias sit ciuis Romanus.

circumstantiæ .f.

Quæ Infinita?

et cetera qd.

Qua complexum circums tantarum non habet: Ut.  
An contra beneficos quotidie possit exerceri iudicium.  
An viri docti sint in ciuitate retinendi.

Singula qd.

Quaenam dicitur simplex quaestio  
In qua de una tantum re quaeritur. ut. An Caelius fuerit  
adolescens luxuriosus. An virtus exercitatione comparari  
sint. Qua composita.

composita qd.

In qua de duabus aut pluribus rebus simul quaeritur: Ut. An  
Caelius animum multo sumpserit a Codio, et eodem  
venenum pararit. An Atebians domicilium habuerit in  
Flaha, et profectus sit apud praetorem P. Romani.  
An omnes artes contine vinculum habeant, et exer-  
citabone sint comparanda.

De inuentione, de argumentis,  
de locis, et eorum generibus.

Capit. 5.

Capitulum quintum.

Quod est igitur generale praecipuum in-  
uentiois, qua prima pars est in  
officio oratoris.

Practis in  
officio oratoris  
et inuentio.

Inuenienda oratori sunt ea, quae per fidem faciunt  
auditoribus, et eorundem animos moueat: hoc est,



dicitur, quæcumq; per viam artis et nos tra opera  
comparari possunt.

A/s. 2. p. 1. g. d.

### Quæ Artificialia?

Quæ sine arte putantur esse; et ut scripsit totales definit:  
à l'Étranger de l'Art, c'est à dire qui n'ont point de rapport à l'Art  
mais à l'Étranger. Id est artificialia dicuntur, quæ non  
per nos comparata sunt, sed arte existerunt. Vocantur  
tamen artificialia, non quod arte prorsus careant. Sunt  
enim non minus artificiosè tractanda atq; insita: sed  
santum quod ex quæstione, et secundum artis præcepta,  
non inveniuntur ab oratore, sed ad ipsum aliunde  
deserantur.

unde inveniuntur  
arguta.

Unde vero inveniuntur argumenta?

Ex locis, quæ à Græcis loci vocantur.

2. l. 1. g. d.

### Quid sunt loci?

Sunt sedes et domicilia argumentorum, in quibus ipsa  
latet argumenta. Non quod loci, ut in arte expli-  
cantur omnium argumentorum materiam contineant;  
quæ petenda est ex diversis partibus Philosophiæ: sed  
quod locorum doctrina ostendat oratori, quomodo  
examinanda sit quæstio proposita, ut eruantur argu-  
menta, quæ faciant ad quæstionem probandam et

refutandam.

Quot sunt locorum genera?

Duo quosque quomodo modum argumentorum: et alij no-  
minantur. assumpti loci, alij desiti.

*Quosque  
quod!*

Qui dicuntur loci assumpti?

Qui suppeditant argumenta, quae non inveniuntur ex  
re proposita, sed aliunde assumuntur. Nimirum  
ab hominum dictis, factis, scriptis, iure, legibus, con-  
suetudinibus et similibus.

*Qui assumpti  
quod?*

Qui vocantur infiti?

Qui conferunt argumenta ea, quae sunt infixa rebus, de  
quibus dicendum est, et ex quaestione petuntur ab ora-  
tore.

*de  
quod?*

De assumptis sine testimonijs?

*Capitulum  
quod?*

Capitulum sextum.

Quot sunt loci assumptorum argumentorum?

Assumptorum unus tantum locus est, testimoniorum  
locus nimirum, qui a Graecis *μαρτυρίας* uel *μαρ-  
τυρία* uocatur.

*de  
quod?*

Quid est testimonium?

Testimonium dicitur, quicquid extra propositionem  
quaestionem assumitur ad fidem faciendam. Atque sic

*testimonium  
quod?*

locus diuidendo solus explicatur à Cicerone, cum caeteri  
enumerantur tantum propterea, quod testimoniorum  
usus sit praecipuus apud oratores: reliqui uero loci dili-  
gentius fuerint explicati à Philosophis sine Dialecti-  
cis. Quot sunt autem testimoniorum genera?

Duos; Diuinum et Humannum.

Quid est diuinum testimonium?

Quod à Deo proficitur, et ipsum auctorem habet;  
cuius apud gentiles haec quatuor quasi species erant:  
oracula, auspicia, sine auguria, uinationes, et respon-  
sa; eorum uel sacerdotum, uel haruspicum, uel coniectorum.  
In nostra uero religione Christiana ueriora et certiora  
sunt diuina testimonia, quae scriptis Prophetarum,  
Apostolorum et Euangelistarum continentur.

Quid erat oraculum apud gentiles?

Oraculum dicebatur quod in se uel orationem habere  
uidebatur; cuius modi praecipuum fuit Apollinis oraculum  
Delphicum, ubi responsa dabantur interrogantibus plerumque  
ambigua; ut, quod Crassus Creso datum fuerat. Cresus  
Flavium penetrans, magnam peruerteret opem nim. Item  
quod responsum fuerat Bruto et Tarquinio, cum regna-  
rent in Roma, qui primus matrem suam esset deoscu-  
latus.

### Quid aſpiciā?

Aſpiciā uel aſpiciā dicebantur aſpiciā obnūcia-  
tiones, quās illi ſumebant ab auium uolatu, uel cantu,  
uel paſtu, uel tonitru, fulminib; ceteriſq; rebus variis  
et miraculoſis. Cuiusmodi fuit aſpiciā factum de  
Romulo et Remo; quorum huiusmodi, illi duodecim uultu,  
res ad uoluntatem uolabant; cū contentio inter eos  
eſſet de regno Romano: Item de Numa Pompilio  
factum aſpiciā, quod confirmatū fuit rex Romanorum.

### Quid erant Vaticinationes?

Vaticinationes, uel uelae, dicebantur fatum et fabu-  
licorum hominum praedictiones: ut. Quod Calchas  
praedicit Graecis, Anno demum decimo eos conſecuturos  
eſſe uictoriam contra Troianos. Quod Helenus Aeneae  
ſuum iter deſcribit. Quod Sybilla uetat exercitum Ro-  
manum ducere in Aegyptum.

### Quid reſponſa illa?

Reſponſa erant dicta, uel ſacerdotum, qui rebus ſacris  
et religioni praerant: ut, Pontifices, Flamines, uirgi-  
nes uel tales, ſacerdotes, reges, ſacrorum apud Ho-  
merum; et ſimiles: ut. Quod Cuius ſacerdos Apolloni,  
laſus a Graecis, per tem a dierius ipſos exſtat.

Vel haurispicum, qui ex inspectione Exhorum, fura  
fura predicabant: ut. Quod in sacrificio filij Caesaris  
prædicabatur, fore ut consiliium et vita deficeret;  
quod in extis macula bonis cor non esset inuentum.  
Vel denique Coniectorum, qui dormientium uisa inter-  
pretabantur. Cuiusmodi somnium fuit Agamemnonis,  
de educendo exercitu contra Troianos. Et Apollinis,  
de capta urbe: et Titi Labij de instaurandis  
Ludis Roma.

Quid est humanum testimonium?

Quod ab homine proficiscitur, eundemque auctorem  
habet: in quo spectantur tria præcipue. Auctoritas  
uoluntas et oratio.

Quid est auctoritas, et quæ pariat  
auctoritatem testibus?

Auctoritas est opinio uirtutis in persona, pariatque  
auctoritatem. Virtus arte omnia, deinde ingenium,  
ætas, doctrina, usus, bonos, opes, potentia et simi-  
lia. Quæ, quibus adsint aut desint, pro ratione  
temporis ac rei propositæ, plus minusue fidei adiun-  
gunt: unde fit ut laudentur ut plurimum testes ab  
huiusmodi rebus, si fides illis sit habenda. Reprehendite

autem contrarijs, si sit deroganda fides.

Quomodo voluntas spectatur  
in testimonijs?

Voluntas cupiditatis est, et ostendit, quia causa ali-  
quis adducta, testimonium dicat libere ne an affectu  
aliquo impulsus, testimonium perhibeat.

Quotuplex est oratio testium?

Duplex. Aut enim libera est, quam homines sua sponte,  
nullo uti coacti, proferunt: aut est expressa, quam  
iuribus, aut necessitate, conditione, ut tormentorum, aut  
simili aliqua ratione compulsi, pronunciant. Ad  
humanum praeterea testimonium, et praesertim ad oratio-  
nem, referuntur etiam iurata, pacta, promissa, scripta,  
syngrapha, chirographa, leges, senatus consulta, principum  
aut magis tractuum edicta, & similia.

Cuiusmodi argumenta sumuntur a  
testimonijs.

Testimoniorum haec sunt.

Lucius Lucullus perhibet testimonium Aulo Licinio Archia,  
quod factum sit civis Romanus; itemque Heraclienses  
legati attestantur.

igitur pro civis habendus est. Item.

Pleriq; sapientes et philosophi statuerunt animos homi-  
num immortales esse.

Igitur sunt immortales, et cum corporibus simul non  
interiunt.

De locis inistis argumentorum, et primum  
de toto ac definitione.

Capitulum septimum.

Quot sunt loci inistorum argumentorum.

Inistorum primo quatuor enumerantur a Cicerone: To-  
tum, Partes, Relatio, et Affecta. Affectorum autem  
rursus recensentur tridecim: Coniuncta, Genus, Forma,  
Similitudo, Differentia, Contraria, coniuncta, Antecedentia,  
Consequentia, Repugnantia, Causa, Effectus, et Comparata.

Quid est Totum?

Totum tribus accipitur modis: Primum de quaestione:  
Deinde de Definitione: Tam de re uniuersa, quae ad quaestio-  
nem probandam adhibetur.

Cuius quaestio nominatur Totum?

Quoniam haec capitulum totius disceptationis continet, et ex  
partibus constat, quae et ipsa suppeditant argumenta ad  
rem de qua agitur, probandam.

Quot sunt igitur partes quaestionis?



Dño: Vñm ñerũm, sine Philosophicũm, quod genere et  
proprietate ñera declaratur, et quid res sit, explicat: Ut.  
Rhetorica est doctrina dicendi. Orator est ñs bonus  
dicendi perit. Alterũm mñtrũm quod gũalis tantũm  
res sit, circũm scribit, aut enũmeratione partũm: ut.  
Rhetorica est, quæ consistit in ñi oratoris, in oratione,  
et gũactione. Aut interpretatione nominis sũc Luquado,  
Via: ut. Versũtus dicitũr, cuius mens celeriter ñersatur.  
Aut translatione, sũc uelaloea: ut. Lex est anima  
cũritatis. Aut deniq; contrariorũm oppositione sine  
remotione: ut. Virtus est ñitũm fugere. Sapientia est  
stũltitia carũsse.

Quanam est illa tertia totũ  
significatio?

Tertio totũ accipitur pro re ñniũersa, quæ in species  
uel membra, tanquã partes potest distribũi. Es itq;  
hoc totũ duplex. Aliud generis, quod sub se species et  
differentias continet: ut, Virtũ. Cũq; species sũnt. Iustitia  
fortitudo, temperantia, prudẽtia. Differentiæ uero, quod  
alia intelligibilis est, et alia moratũ, sic arbor, metalũm.  
Aliud est integri totũ, quod in membra disseccari potest.  
ut. Oratoria oratio, cuius partes sine membra sũnt,  
Exordium, Narratio, Confirmatio, et peroratio.  
Cuiusmodi argũmenta sumuntur  
ex hoc loco?

Definitionis talia sunt. Amicitia vera est rerum diuini,  
 naturam humanamque, cum beneuolentia et charitate summa  
 consensus. Fuit autem talis consensus inter Laelium et Sapi-  
 diam. Igitur vera fuit inter eos amicitia. Item.

Comedia est speculum uitae humanae.  
 Igitur utile est uitam humanam spectare  
 Igitur Comediam spectare est utile.

Totius talia sunt.

Omnis uirtus ad beatam uiuendum est necessaria.  
 Igitur et temperantia. Item.

Uniuersam hominis uitam natura recte conseruit.  
 Igitur erroris alicuius senectutis non est culpanda.

De partibus inuictorum.

Capitulum octauum.

Quis est secundus inuictorum argu-  
 mentorum?

Secundus est partium, quae a Graecis uicere nominantur.

Quid sunt partes?

Partes sunt eae quibus res uniuersa, uel totum aliquod consti-  
 tuitur: ut iustitia, fortitudo, temperantia, prudentia, sunt  
 partes uirtutis. Exordium, Narratio, Confirmatio, et  
 Peroratio sunt partes orationis oratoriae.

Quotuplices sunt illae partes?

**D**uplices: aliae ~~quatuor~~ generis, et differentiae, et species  
in quas ipsum genus dividit: ut animal dividitur in ratio-  
nale et irrationale, tanquam differentias: aut in hominem,  
equum, bovem, leonem, tanquam species. Atque harum par-  
tium enumeratio proprie dicitur *diastasis* *terminatio*. Aliae  
vero sunt partes integri, e quibus totum aliquod consistat:  
ut Caput, thorax, brachia, venter, pedes, sunt partes *partis*:  
ac harum enumeratio proprie dicitur *per eadem* *distributio*.  
**Q**ualia sumuntur argumenta?

A partibus de sumuntur.

In summo Imperatore, quatuor has res inesse oportet:  
scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem:  
quia omnia reperiuntur in Caesare Pompeio.

Sunt Caesaris Pompeius est summus Imperator. Item.

In accusatore bono oportet esse innocentiam vitam, veritatem  
doctrinam et dicendi exercitationem.

Sed nullum horum est in Caesare.

igitur Caesarius non est bonus accusator

**De Notatione.**

Capitulum nonum.

Quis est tertius locus fusitorum?

Tertius est Notationis quam Graeci *επιγραφον*  
et *βραβειον* appellant.

## Quid est Notatio?

Est nominum sine uerbis, quae rerum notae sunt, consideratio et explicatio: ut Saturnus dicitur, quod saturnalibus annis: Jupiter quasi iuuenis pater: Mandes, q. magna uertat. Sol, quod solus luceat obscuratis sideribus.

## Quotuplex est ea consideratio nominum?

Triples. Aut enim Etymologia tantum uerbi consideratur. ut Virus a uero dicta est, officium ab efficiendo, Locuples quod locus habeat plenos. Et propria uis et potestas uerbi perpenditur: ut Vetus dicitur non tantum quod antiquitas, sed binum est, sed etiam quod usu dicturae malum. Aut denique, usus sermonis consuetudine approbatus: ut Tyrannus non amplius significat quemuis regem aut principem sed crudelium et inhumanum. Sophista non est amplius doctor sapientiae, sed fraudator.

## Quomodo à Notatione conferantur Argumenta?

Notationis talia sunt.

Separatus est Republicam administrare.

Atque Graecus a senibus nomen habet.

Ergo Senes sunt apti ad Republicam administrandam.

Item.

Familiares nominantur quod sint in eadem familia.

Atque Cicero et Atticus non sunt in eadem familia.

Ergo Cicero et Atticus non sunt uere familiares.

Capitulum decimum.  
De locis affectorum et primo de coniungatis.

Quid sint affecta?

Affecta dicuntur, quae ad rem explicandam atque demonstrandam adhibentur: ipsa vero singula, plerumque illam non explicant. Atque in hoc, si res sunt separatae a prioribus: quoniam in his singulis, non ut in illis res tota proponitur, aut quid illa sit, circum scribitur, sed ad illud solum haec affecta sunt: hoc est. Communem sine cogitatum quandam naturam habeant et ad eandem explicandam faciunt.

Quis est primus locus affectorum?

Primus est coniungatorum quae a Graecis βύζων et βύζωνια nominantur.

Quid sunt coniugata?

Coniugata dicuntur verba eisdem generis quae ab uno aliquo oris principio varie commutantur: ut. Doceo, doctrina, doctus, doctilis et similia: quae in obliquis et aduersivis casibus nominantur. Graecis πύζων: ut Docte, docti, doctrinae doctrinam et similia.

Quotuplicia sunt coniugata?

Duplicia: Quaedam re verborumque coniugata quae et derivatione et significatione conveniunt: ut. Jus, iustus, iustitia

æquitas, bonitas, humanitas.

Quomodo coniungata in probando  
adhibentur?

Coniungatorum talia sunt argumenta.

Quisquis legibus in exilium eiectus est, is pro exule  
habendus est.

Publius Claudius in exilium eiectus est.

Agitur pro exule necesse est habendus. Item.

Si nefas est, occidere sceleratos, senatus quoque nefarius  
habebitur, qui de sceleratis sumit supplicium.

Atqui Senatus sine crimine nefarius appellari non potest.

Agitur non est nefas occidere sceleratos.

De genere et specie.

Capitulum Undecimum.

Quis est secundus locus Affectorum?

Secundus est Genus, quod à Grecis *Γένος* vocatur  
et cum hoc fertur coniungatur, qui est forma seu species,  
quæ dicitur τὸ ἴδιον.

Quid est genus?

Est notio, ad plerimas differentias pertinet, vel  
comune quoddam vocabulum, quod pluribus differentijs  
et speciebus attribui potest: ut Animal, arbor, metallum  
terre, ars, scientia.

## Quid est Species?

Est notio, cuius differentia ad caput generis et quasi fontem referri potest: ut. Homo, equus, bos, leo: sunt species animalis, tanquam generis, inter quas et ipsum genus; differentia sicut rationale et irrationale: arboris species sunt: Pomus, pyrus, quercus, salix et similes. quarum differentie sunt quod alie frugiferae sunt et alie steriles.

## Quotuplex est Genus?

Duplex: unum summum, quod in ordine suo latissime patet, et omnia interiora suo se comprehendit: Ut.

Substantia, Quantitas, Qualitas &c. Aliud intermedium, quod positum inter summum genus, et imam speciem superiorum species est, et inferiorum genus: Ut Animal magnitudo virtus.

### Substantia

Corporea      Incorporea  
Corpus.

Inanimata      Inanimatum.  
Animal.

Rationale      Irrationale.

Homo.      Equus  
Socrates.      Bucephalus.

### QUANTITAS.

Continuata      Distincta  
Magnitudo

Linea superficies, corpus  
locus, tempus.

### Quotuplex est Species?

Duplex quoque: Una subalterna, quae superiorum species est, et inferiorum genus: ut. Animal, magnitudo, virtus. Altera imae seu specialissima, quae proxima est individuis, et generis locum nunquam occupat: ut. Homo, in substantia, linea in quantitate, iustitia in qualitate.

Quotia sunt horum locorum argumenta?  
Generis talia sunt.

Omnes artes quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum.

Facultas oratoria et poetica sunt artes quae ad humanitatem pertinent.

igitur inter se quoddam commune vinculum habent. Item

Nulla virtus malitiose agit.

Prudentia virtus est.

E. Non agit malitiose.

A specie talia sunt.

Quisquis Eloquentiae studet, is honestae arti

studet Eloquentiae.

E. Honestae arti studet.

De similitudine et differentia.

Capitulum duodecesimum.

Quis est quartus locus Affectorum?

Quartus similitudinis est, quæ à Grecis ὁμοιωσις nomi-  
nabitur. Et cum eo coniungitur Quintus, qui dissimi-  
litudinis est, vel differentia, à Grecis ἕτερο-  
νομοσις, ἢ διαφορά appellatur.

Quid est similitudo?

Est rei propositæ, cum re extranea, consimilis collatio  
secundum qualitatem instituta: ut Quomodo sicut  
illud sicut mundum, ita vir sapiens ornamentum est  
civilitatis suæ.

Quid differentia?

Est dissimilitum rerum propria nota, ex qua diversa  
qualitas apparet. Ut. Non quædam modum noniam nescitem  
necesse antepone, sic amicos nonos necesse debemus ante-  
ponere. Quæ sunt partes in similitudine

et differentia.

Partes duæ sunt. Una prolatio, s. propositio, seu prior  
pars illius collationis, quæ continet ipsum simile aut dissi-  
militate, quod ad rem propositam adhibetur. Altera est  
prolatio, redditio, altera pars s. collationis quæ conti-  
net accommodationem rei propositæ, ad rem alteram similem  
et dissimilem.

Quot sunt genera similitudini-  
um?

num.

tria praecipue: unum quia Boetius in quo singula cum sin-  
 gulis conferuntur, nec plura sunt in redactione, quam erant  
 in propositione: ut. Quomodo modum pictae tabulae oculos  
 tantum pascat: sic res ab avaris hominibus acquisita, ipsos ob-  
 lectant tantum aspectu, ad usum nullum exhibete. Alterum  
 ex Aesopio, in quo cum singulis conferuntur plura: ut. Quomodo  
 modum navis optime regitur a perito gubernatore: et curus  
 regitur rectissime ab avaritia exhereditato: sic etiam a ma-  
 gis tractu prudenti felicissime gubernatur Respublica.  
 Tertium est praedictum, quod constat exemplis.  
 Sunt autem exempla duplicia, quaedam historica, quae con-  
 tinent res gestas: ut. Quomodo modum Polycrates pro cupiditate  
 tantum auri in extremum periculum vitae incidit: sic multi  
 homines non contenti presentibus rebus, dum maiores opes quaerunt,  
 de vita periclitantur. Quaedam vero sunt fabulosa: ut. Quomodo  
 modum Tantalus in magna aquarum copia, sitit tamen lu-  
 borat: sic avari homines, in magna saepe constituti divitiis  
 cum inopia tamen conflictantur.

Quomodo adhibentur hi loci in  
 probando?

Similitudinum praeter praesentia exempla sunt talia quoque,  
 Quomodo modum navis, dum est incolonus gubernatorem  
 oportet, et omnes eos, qui una navigant, officium strenue  
 facere ne detrimentum illa patatur, cum vero fluctibus

oppressa est, inanis fit omnis opera: sic dum Respublica  
incolūmis est, Magis tractū oportet ee solititas, ne quod ei  
malū inferatur: cum vero periculorū magnitudo superat,  
hūc amplius tantū prestare potest gubernatorū pro-  
curatio. Item. Quomodo bonis Poeta, cum reliquas  
actūs fabulæ bene descripsit, non solet in extremo ac ta  
deficere: sic, Natura, cum reliquas a fatis partes bene  
constituerit, non negligentia alicuj de senectute est ne-  
cassanda. Quomodo differentia accomo-  
dantur.

Eodem fere modo: sed dissimilitudinū vel adiacenda ratio  
est: ut. Non quænam admodum formices, ad securam ne-  
cessitatem, nictim in aestate colligunt: Ita quæ, avari homines  
ad presidium senectutis colligunt dititias. Nam formica  
in hyeme quiescentes, nictim comparato fructū avaro vero a  
quærendo nunquam desistunt. Vel ostendenda est melior  
similitudo: ut. Non quænam admodum novæ vesteres, veteribus  
anteponuntur: sic amici novi veteribus sunt anteponendi: sed  
quænam admodum mores veteres, et vetera iura atq. nūmis mata  
prestantiora indicantur novis: sic etiam amici veteres, novis  
anteponendi sunt.

De Contrarijs. Caput decimum tertium.

Quis est sextus locus affectionum?

Sextus est contrariorum, quae à Graecis ἀντιθέματα  
sunt nominata. Quid sint contraria?

Contraria sunt, quae simul in eadem re inesse non possunt,  
sed pugnant et opposito: ut. Bonum et malum, verum et  
falsum, virtus et vitium, fortitudo, et timiditas, honestas et  
turpe, et similia.

Quot sunt genera contrarij?

Quatuor. Aduersa, Erastica, Priuantiā seculari. Relatiua  
lae et negatiua, lae anologica.

Quae dicuntur Aduersa?

Aduersa sunt duo contraria, quae posita sub eodem, et diuer-  
sis generibus plurimum inter se differunt: ut. Virtus et vitium, sa-  
pientia et stultitia, album et nigrum.

Quid Priuantiā?

Priuantiā sunt duo contraria, quorum alterum significat habi-  
tū, scilicet praesentiam naturalis qualitatis: Alterum priuationem,  
scilicet absentiam eius qualitatis: ut. Visus et caecitas; lux et te-  
nebra; pietas et impietas, iuratus, iniuratus, probitas, impro-  
bitas.

Quid Relatiua?

Relatiua sunt duo contraria, quae inter se conferuntur, et se mutuo explicant, eodem modo in subiecto locum non habent. ut. Dominus et seruus: magis trax et subditi, emptor et uenditor. **Quid Negantia?**

Negantia sunt duae sententiae contrariae, quarum altera affirmat aliquid, altera id ipsum negat: ut. Voluptas est appetenda. uoluptas non est appetenda: opera iustificat opera non iustificat: senes sunt miseri. senes non sunt miseri.

**Quomodo Contraria adhibentur in probando?**

A contrarijs uaria sumuntur argumenta: ut. Omne donum perfectum aq. bonum proficitur a Deo.

E. Malum et afflictio non habet causam ipsam Deum.

Item.

Auantia, odium contra se omnium hominum exat.

igitur liberalitas omnium hominum meretur beneuolentiam. Item.

Alexandrinus tes iurati, falsum dixerunt.

igitur uerum tes timonium ipsorum haberi in ca simili non debet.

**De adiunctis.**

Capitulum decimum quar-  
tum.

Quis est septimus locus Affectorum?  
 Septimus est Adiunctorum sine coniunctionum quæ à  
 Graecis *νεκτικα* appellantur.

Quid sunt Coniuncta?

Quæ rem propositam non necessario sed probabiliter  
 comitantur: ut inimicus illig fuit, qui interfectus est,  
 mortem minatus fuit, cum gladio conspectus est in loco  
 in quo caedes facta est.

Fuit ipse interfectus.

Quot sunt genera adiunctionum?

Quatuor. Et alia dicuntur contingencia *τὰ ἐξ ἄλλου*  
*μα*, alia circumstantia *περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἀπὸ*  
 et alia credibilia *ἐπιπέτα*.

Quæ dicuntur Contingencia?

Contingencia sunt, quæ cum contingere aut euenire dicuntur  
 nihil inde sequitur, quod sit contra naturam. Sunt autem  
 hæc triplicia. quædam *τὰ ἐξ ἄλλου* hoc est. Quæ  
 plerumq; et magna ex parte eueniunt minorum quæ cum  
 subeunt naturam, artem, et habitum; ut Plerumq; ætas  
 sicca est et callida: exercitatus athleta plerumq; uincit  
 aduersarium.

Quædam uero *τὰ ἐξ ἄλλου* s. Quæ rariis contingunt  
 quæ proficiuntur a fortuna et casu: ut. Fodientem in agro  
 inuenire thesaurum.

Quædam deniq; *τὰ ἐπιπέτα* s. Quæ in utramq; partem

firma sunt et infirma. quæ hæc sunt quæ dependunt à voluntate hominum: ut. ex Judæo fieri Christianum.

Quid Circumstantiæ?

Quæ rem propositam probabiliter circumstant. Sunt autem circumstantiæ duplices: aliæ personarum aliæ rerum. Quæ sunt personarum Circumstantiæ?

Quæ ab ipsis personis rationes probabiles suppeditant. In personis autem considerantur undecim.

I

Nomen: ut Cato nominatur.  
Igitur est cæty et sapiens.

II

Natura: ut Cælius fuit ingeniosus adolescens.  
E. Coniurationis Sabina non fuit particeps.

III

Virtus: ut Cælius fuit educatus in castissima familia M. Crassi.

Fuit igitur adolescens temperans.

IIII

Fortuna: ut. Euthymus pauper erat.

V

Igitur fraudem committere, et spoliare Niciam suam pericula fuit ausus.

VI

habitus: ut. Hortensius exercitatus est orator.

Igitur contra ipsum causam gravem tueri difficile est.

Affectio: ut. Cælius non veritatis est in foro ac iudicis.

E. Siculorum causam contra Hortensium non potest defendere.

Studia: ut. Marij Galij s. in doliis est eloquentia.

VII

Est igitur utilis futuris Republica.

Constituta: ut. Euthyranus cogitavit, res trinita parte deponit.  
posse facilius reliquum retineri.

VIII

Igitur partem reddere potuit noluit quam de tota summa  
vitam mouere.

Facta: ut. Philippus multa iniqua fecit, post factam pacem  
cum Atheniensibus.

IX

Igitur non cogitat servare pacem.

Causa: ut. Pompeius multa bella feliciter administravit.

X

Igitur bellum quoque Mithridaticum feliciter conficiet.

Victa: ut. Quidam dixit triiduo aut quadriduo moriturum  
Milonem. Igitur ipse nunc fuit insidiatus.

Quae sunt circumstantia  
rerum.

Quae in rebus ipsis probabiles rationes communi tractant. Consi-  
derantur autem in rebus haec quinque, potissimum.

Locus: ut. Filius Ciceronis studuit Athenis.

I

Factus est philosophus.

Tempus utique est.

II

Tempus aptum condiciis.

Causa: ut. Milo nullam habuit causam, cum populi a se stus  
dici alienaret.

III

Igitur populum noluit offendere.

Facultas: ut, Milo multas facultates et occasiones occi-  
dendi Clodiam praetermisit.

igitur non voluit ipsum occidere

His trumenta: ut, Athenienses plures habent triemes, pe-  
cunias, copias militares quam reliqui Graeci.

igitur Philippus magis eos metuit quam ceteros.

### Quid sunt signa?

Sunt externa nota, quae in oculos, vel ceteros sensus in-  
currunt ac probabilem rationem praebent: ut,

Masiusa nullo frigore adducta potuit, ut operfo eet capite  
sua firma constitutione corporis usq; est. Item.

Roscig amavit suum filium: quia tradidit ei omnia  
praedia possidenda.

### Quid Credibilia?

Sunt interna mentis coniectura, probabili ratione concepta,  
ut, Archias doctus est poeta

igitur populi Romani bella artificiose comprehendet carmine

Quomodo adhibentur huius loci argu-  
menta ad probandum?

Singula per se infirma sunt: ideoq; si firmam probationem  
debent habere coniungenda plura sunt. Itaq; sic copulant.  
Latent, operba et expressa sceleris uestigia, ubi, quia ratione  
per quos, quo tempore, maleficium sit admissum, q; nisi multa  
et manifesta sint, profecto haec tam scelestam, tam atrocem  
tam nefariam credi non potest.

Capitulum decimum quintum.

De Antecedentibus consequentibus et  
repugnantibus.

Quis est octavius locus affectionum?

Octavius est antecedentium loci ut dicitur, cui propter  
communem naturam adiungitur est nonus consequentium loci  
enunciatur. Item decimus repugnantium loci additur.

Quid sunt illa?

Antecedentia sunt, quae rem necessario antecedunt: ut. *Supra*  
dium antecedit eruditionem. Consequentia sunt, quae necessa-  
rio consequuntur ut. Vulnerationem cordis sequitur mors.

Repugnantia sunt, quae cum re nunquam possunt cohaerere ut.  
Storcius esse miserum et tamen nullum sentire dolorem.

Quomodo dividuntur?

Antecedentia quidem et consequentia duobus modis dividuntur.

Primo tempore: alia enim simul sunt et eodem tempore: ut. Solem  
oriri, et illucescere: Sanum esse et vivere. Alia sunt disiuncta  
tempore: ut. Doctum esse et scire. Alia denique actu  
et potestate antecedunt et consequuntur: ut. Eum qui sacri-  
legium commiserit audere etiam furtivum committere. Neinde  
dis tinguntur consecutione. Quaedam enim in unam tantum  
partem consequuntur: ut. Sanum esse et vivere. Quaedam  
vero in utramque partem convertuntur invicem: ut spirare &  
vivere. vivere et sperare.

Quomodo repugnantia dis tinguntur?

Repugnancia tempore quoq; his lignantur. Aut enim simul  
et eodem tempore pugnant: ut. Flores tum civilem esse &  
seditionem excitare. Aut tempore sunt separata: ut Doctus  
esse & nihil studuisse. Aut denique actu et facultate pug-  
nant: ut. Parentes vultasse et non audere alios laedere.

Quomodo adhibentur in probando?

Antecedentium et consequentium hoc est.

Quisquis homo nascitur eundem oportet mori.

Talia homo nata fuerat.

Ergo

Repugnantium tale est.

Quibuscumque mali aliquid acciderit pro eis dolendum est  
Sed Publio Scipioni accidit nihil mali in morte.

E. Scipionis mors non est dolenda.

De causis et effectibus.

Capitulum decimum sextum.

Quis est undecimus locus affectionum?

Undecimus est causarum quia a Graecis ad Italiam non cantus  
quo cum coniungitur duodecimus quo est effectuum. quae ad  
Italia nominantur.

Quid est causa?

Causa est, quae nisi sua aliquid efficit. vel adiumentum  
ad efficiendum praebet: ut. Virtus probitatem efficit. Divi-  
tia inveniunt felicitatem.

Quid Effecta?

Effecta dicuntur, quae ex causis oriuntur, et fiunt: ut.  
 Eruditio effectus est studiorum.

Quomodo diuiduntur hi loci?

Diuisiones praecipue duae sunt obseruandae causarum ad  
 quas Effectorum quoque natura et distributio solet accommo-  
 dari: Prima haec est quae causas alias sunt efficientes adha-  
 moultura. Alia sine quibus non, cor aere & dicitur.

Quae dicuntur conuidentes cae?

Quae ipse aliquid conuident: et haec vultu duplices sunt:  
 an absolute quae rem perfecte efficiunt: ut ignis efficit ca-  
 lorem. Virtus probitatem. sunt adiuuantes: quae rem sola non  
 efficiunt, sed aliorum auxilio opus habent: ut Praecepta artis  
 arcedendi non sola faciunt eloquentem. Diuitiae non solum beati-  
 tudinem constituunt.

Quae vocantur cause sine quibus non?

Quae ipse quidem rem non efficiunt: sed sine ipsis res quoque  
 duplices sunt. Quaedam quiete et per se nihil agentes adha-  
 adha: cuiusmodi sunt. Locus, tempus, materia et instrumenta  
 Quaedam praecedentes, quae cum re non conuicta sunt, sed  
 effectum antecesserunt: ut Salutatio antecedit colloquium,  
 colloquium familiaritatem.

Quenam est altera  
 carum diuino?

Altera diuisione quatuor fiunt causarum genera. Primo mate-  
 rialis, ex qua fit aliquid: ut Ex aere s' talia. Ex ligno mensa.

Deinde formalis, à qua res suum nomen et appellationem  
habet: ut. forma statuae, forma mensae uel scanni,  
tertio, Efficiens, quae agendo rem perficit: ut. S. tabularig,  
arcularig, anni faber.

Quarto, finalis. propter quam res fit aut suscipitur: ut, ad  
manicandum pedem, conficitur calceus. ad honoris recordatio-  
nem collocat s. tabula.

Quismodi probationes ex his locis confor-  
mantur?

Causarum talia sunt.

Natura opera bona sunt.

Senectus est naturae opus.

igitur senectus est bona.

Effectorum talia.

Qui praestat opera. Deo placencia eum oportet  
neminem habere finem.

Abrahamus post hanc opera Deo placencia.

igitur Abrahamus neminem fidem habuit.

De comparatis.

Capitulum decimum septimum.

Quis est decimus tertius locus Af-  
fectorum?

Decimus tertius et postremus est Comparativum, quae à Graecis  
ὁμοειδής uel ὁμοειδία nominantur. Differt autem hic locus à  
similibus. quod in similitudine fit collatio rerum secundum similitudinem

In hoc autem loco secundum quantitatem ins tituitur collatio.

Quid sunt comparata?

Sunt duo aut plura, quae inter se secundum quantitatem conferuntur: ut. Qui parentem fallere audebit, multo magis audebit fallere socium. Item. Qui Deum non timebit, is multo minus reuerentur homines.

Quomodo diuiduntur Comparata?

Duoque modis. Primum enim Comparata quaedam paria sunt quae Graecis ita uocantur: quaedam imparia quae nominantur aequalia.

Quae sunt paria Comparata?

In quibus utrobique par est ratio: ut quod in uno ualeat, ualeat eadem ratione in altero: ut. Si consul honore dignus est: etiam praetor honore dignus erit.

Quae imparia?

In quibus est impar ratio: ut. Quod in uno ualeat, in altero magis uel minus ualeat. Sunt enim haec iterum diuersa. Sunt enim a minore ad magis ins tituitur collatio: ut. Si bonum curare licet in sabato, multo magis licet sanare hominem. Aut a maiore ad minus comparandi descenditur: ut. Si uirtus sola non sufficit ad beatitudinem, multo minus sufficiat sole diuitiae.

Quenam est altera Comparatorum diuisio?

Alteram diuisio speciatu est, quae cognoscite quomodo maiora a minoribus sint discernenda. Nam quaecumque comparantur aut numero, aut comparantur aut specie aut uis, aut affectione.

Quomodo res numero comparantur?

Número comparantur, exempli gratia: plura cum paucioribus,  
digniora cum brevioribus, casti, diffusi, cum argutioribus,  
honoratiora cum minus honoratis.

Quomodo specie?

Specie comparantur: ut cum expectanda per se anteponantur  
illis quae expectantur pro aliud: rara, gratuita: integra, contemni-  
natis, honesta utilibus, rationalia irrationalibus, necessaria non ne-  
cessarijs: rara vulgaribus.

Quomodo vi?

Vi comparantur cum illa in quibus maior vis et potestas, antepo-  
nantur caeteris inferioribus. Causa absolute, adiutantibus, res  
in nostra potestate sitae, preferantur ijs quae sunt in aliorum  
potestate, seipsis contenta, aliorum ope indigentibus, & tabula  
inestis. Quomodo Affectione?

Affectione res fere contentantur, quatenus certarum sunt perso-  
narum quos magis maxime afficiunt. Sic parentum aut amica-  
rum commoda preferenda sunt commodis peregrinorum. Recte  
utilitas est anteposenda emolumento privatis: ab optimo quoque  
laudata, honorantur ijs quae minus boni videntur et laudabilia.

Quomodo Comparata adhibentur in  
probando?

Comparationum parum hoc est.

Si Senectus accensatur, quod alij obrepit et reliqua vitis  
partes singulae sunt accensandae, quarum una semper subit  
quasi et trahat alteram.

Imparum talia sunt.

Ennius in paupertate tranquillam dicit senectutem.

Multo igitur magis Crassus in diuitiis potuit tranquillam agere senectutem. Item.

Hec tor non potuit Troiam armis propugnare

Multo igitur magis propugnabit eam Priamus.

De quasi locis. Caput decimum  
de Tranquillitate.

Nihil ne alij loci sunt, qui arguunt  
menta oratoribus suppeditant  
sunt?

Sunt quidem alij quoque, qui suppeditant argumenta, sed ea  
parum firma, quae a Graecis uocantur. Quae uocantur Endorice,  
uata. Ideoque ut ipsi uocantur a Cicerone ut loci uel quasi loci.

Quot sunt igitur tales qui non carere  
Quasi loci?

Quindecim: quorum primus est ut Definitio. I. apprensus uel  
popularis definitio, quae similitudinem tantum habet definitio-  
nis, sed quia ipsa res sit non plene explicat. Cuiusmodi sunt  
definitiones mutatae: ut. Comedia est speculum humanae  
uitalis et imago uentris. His bitia est regina omnium dicitur  
bitium. Qui Secundus?

Secundus est ut contrarium cum uidelicet pro contrariis II  
uocantur, quia naturam contrariorum aliquo modo imi-  
tantur ut. Iudaei sunt populi Dei liber.  
E. Neque tenentur censam dare Caesari.

III &  
IV

Qui Tertius?

Tertius est, ut similitum, et quartus, ut dissimilitum: cum com-  
parantur res quae a aliquo modo uidentur esse similes: aut dis-  
iunguntur, quae parum aut nihil dissentiunt. ut. Quae admodum  
Cornica colligunt in aestate, ut vicium per hyemem habeat.  
sic autem homines recte faciunt quod exciterant amicitias  
ut praesidium habeant senectuti. Sic generatores diu trahunt  
inter uirum et suum interee. Sic milites inter furta et spolia.

V et VI

Quinam Quintus?

Quinto numerantur, ut consentanea. scilicet quae rei propositae pro-  
babiler consentiunt. Et Sexto, ut Dissentanea, quae minus cum  
re proposita consentiunt. Signa et credibilia minus firma  
sunt. Ulysses fuit inimicus Aiacis. Igitur ipsum occidit.

Marcus Caelius fuit socius Catilinae.

Igitur non potuit fieri cuius egregius et utilis Rex.

Qui Septimus?

VII

Septimus est, ut coniuictorum, quae leniter tantum coherent,  
aut rem circumstant. ut Cato fuit diues. Et. Tollerabilem  
fraxit senectutem. Item. Diu non fuerunt habita iudicia  
Ergo. S. Roscius quae primus adducit in iudicium est contem-  
nandus. Quis De tanus?

VIII

De tanus est, ut pugnantium h. e. eorum quae leniter tantum  
pugnant: ut. Si Alichem amasset S. Roscius non ablegasset il-  
lum in agros. Qui Nonus?

Nonus est ut casusum. eius adiunctis Decimus ut esse  
 clorum de casus. cum ad probandum leues casus, aut effecta  
 non vera afferuntur: ut. Recte occisum ee a Milone Clodi-  
 um, quoniam fuerit cuius turbulenti. Item. Multos ee im-  
 pios inter eos qui audierunt Euangelium. Item doctrinam Eu-  
 angelij ee vitiosam.

IX et X

Qui Undecimus?

Undecimo loco est numerantur ut distributiones: s. diui-  
 siones et partitiones imperfecta ac non plena: ut. Archias  
 non est natus civis Romani nec emit ius civitatis. Ergo non  
 est civis Romani.

XI

Qui Duodecimus?

Duodecimo loco recedente genera partium et decimo tertio,  
 ut partes generum s. enim non vera genera propositarum specie-  
 rum aut non vera spes propositorum generum pro veris as-  
 sumuntur. ut. Cracis et Saturnis iure casu fuerunt iudicati.  
 Item iure magis tratis, aliquando occiditur. Magis tratis. verbum  
 non ut verum genus usurpate, quoniam isti ut turbulenti, et turbu-  
 lenti non ut in legitimo magis tratis constituti, casu fuerant.  
 Item. Filius te semp irasatur maritus si eripatur ei coniunx.  
 Item et Achilles iure fuit iratus pro ereptam sibi Bryseidem. Non  
 recte species educitur ex genere quodam. Quoniam Bryseida  
 Achilles non habebat pro coniuge sed pro concubina tantum.

XII et XIII

Quinque Decimus quartus est  
 huius generis loci.

Decimus quartus continet primordia rerum et quasi procurrerit: hoc est causas longe antecedentes quae parum persistere ad effectum producendum: ut. Si Paris in mari perisset cum Lacedaemonem navigaret, inde abduxit Helenam, nunquam Troia à Graecis fuisset eversa. Item. Si non ceperent arbores in monte Pelio, à quibus Argo nauis facta fuit, Medeam nunquam pervenisset ad extremam miseriam.

Qui decimus quintus?

Decimo quinto et postremo loco contentiones rerum ponuntur hoc est comparationes leniores à maiore, pari aut minore: ut. Quod dicitur. Marcus est laetior dignis quod Augustus Caesarem Romam conseravit, quam quod Romam tantum exierit. Item. Quod Cicero virtutes militares Cuius Caesaris inferiores fecit libertate seu beneficentia quam declaravit is erga Rabirium, amicum suum calamitosum et miserum.

De Delectu argumentorum  
seu iudicatione Oratoria.  
Capitulum decimum nonum.

Omni die in istis locis argumenta Oratori sunt  
quaerenda.

Sunt sane quaedam ex omnibus, sed simul iudicium est adhibendum et iudicandum delectis, eo quod alicuius firmiter sit, et ad probandam quae firmiter magis minus idonea.

Quot igitur argumentorum principia  
quaerenda in hoc delectu sunt iudicanda?

Levia politissimum consideranda sunt si iis et pondera ipsorum  
perpenduntur: quaedam enim levia sunt, quaedam cetera et  
quaedam necessaria.

Quae dicuntur levia argumenta?

Levia sunt ut loquor invidiosa et nudaria et byzantina et obreolob  
ning probabilia conclusionem sunt ea quae non modo nihilum pon  
di valent in oratione, sed etiam adhiberi sine vituperatione ne  
queant: ut Marcus Caelius fuit obscurus parentibus natus, et fuit  
sceleratus. Item. Multae sunt contentiones in Theologia.

Item Theologia non est studendum.

Quae communia?

Quae in in communium quidem hominum sensum et opinionem ver  
santur: sed ut firmiter sint opus habent approbatione, et hoc  
a Graecis vocantur nudaria. Corinthus quatuor sunt generum:  
signa videlicet, credibilia, indicata et comparata.

Quid dicitur signum?

Signum Graece byzantium est externa nota, quae in oculos affi  
gitur, et alicui rei suspicionem movet: ut Caelius est  
eloquens et grades cas forenses agit. Igitur in adolescentia a  
voluptatibus fuit alienus. Item. Codrus frequentat hortos ad  
Tyberim, ubi iuvenes laevare soleat. Igitur est meretricis.

Quid credibile?

Credibile, hoc est interna mentis coniectura probabili  
ratione concepta: ut Caelius bona indole fuit praeditus. Et Non  
fuit socius coniurationis Calpurnianae. Item Lucius Liccius fuit  
vir doctus et prudens. Item non dissimulasset eadem Dionis si  
a domo suis factam sciret.

### Quid Iudicatum?

Iudicatum, lo retroveror est id de quo alicuius aut aliquo-  
rum iam ante lata est sententia: ut. Cuius Cassij sapientissimus  
vir iudicabat eum occidisse, cui mors interfecti homo futura erat  
scilicet in Sexti Rosci causa continetur est iudicatum. Item  
Marcus Horatius comitibus Populi Romani fuit absolutus cum  
his tulisset morem, maremque populi Romani salutem et libe-  
tatem. Item et Milo absolutus est, qui suscitavit civem pri-  
vatum et turbatorem pacis et libertatis Populi Romani.

### Quid est Comparabile?

Comparabile lo retroveror est, quod in rebus diversis, si-  
milis rationes continet: et huiusmodi iterum forma sunt. Imago,  
collatio, et exemplum.

### Quid est Imago?

Imago Graecis εἰκων est forma cum forma cum quadam  
similitudine collatioque similis aut laetitia aut tristitiaque gra-  
tia: ut. Quemadmodum Aquila in columbas, sic Virgo in P. R.  
Rhetus impetum fecit, et ut Caprea leonem fugit, sic Rhetus  
advenerunt cum hostes imminerentem Urbsum viderant.

### Quid Collatio?

Collatio, Graecis πρᾶξις Boetius est, quae ex rebus dispari et dissimili  
simile aliquis efficit, quo natura rei proponitur magis intelli-  
gatur: ut. Non aqua aut igni pluvius locus quam amicitia tri-  
stis. Item. Dulcia et solitudines necesse respondent, veritas saepe in-  
venit cantu fleat hinc et consistunt, nos in istis rebus optatis  
non potestatum necesse monentur.

**Quid exemplum?**

Exemplum *in causa dicitur* est, quod rem auctoritate aut casu  
alicujus hominis, aut negotij confirmat aut infirmat: ut. Quædam  
modum Vinidius in maximis opibus, ipse tamen inopia labora-  
vit, sic, ut non meliorem vestitum feris haberet, sic plerique  
aliam vires magis in opibus cum inopia tamen conficiuntur.

**Quæ dicuntur necessaria argumenta?**

Necessaria, *ta ardua dicitur* ea, quæ se aliter ha-  
bere non possunt. Sed horum parca sunt apud Oratores  
propterea eorum officium plerumque consistit circa ta modera  
alijs generis hoc est. Sextus Roscius non occidit ipse patrem  
quia in America fuit, cum pater Roma occideretur.

**De collatione et quæstionum gene-  
ribus et primùm de collatione spæ-  
tialis infinite. Caput vige-  
simum.**

**Quidnam collationis præceptum generale tenendum  
est?**

In collatione quæstionum generum imprimis considerandum est,  
et ad id accommodanda ratio collocandi.

**Quænam sunt quæstionum gene-  
ra ad quæ accommodanda est  
collocatio.**

Quæstionum genera intelliguntur illa duo, quæ in tertia Rhetori-  
ces parte supra fuerunt consideratæ: unum finitum quod com-  
pletum est notationem habet circumstantiarum: ut. In Calijs

constituendus sit accusator Veris. An Archias ut civis Roma-  
nus et cetera quae sunt plerumque in orationibus Ciceronis et ceteris  
pluribus continentur. Alterum infinitum: quod nullam unquam  
stantiarum notationem habet: ut. An mortui sint miseri: An  
amicitia in omni parte humanae vitae sit necessaria: et cetera  
quae a Cicerone disputantur in libris philosophicis: ut. An  
Demetrius et Ciceronis quaestiones de finibus, de officiis, pe-  
ragis huius generis sunt.

